



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 62. Qui pro multis effundetur. v. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

**Quid nunc retribuam tibi pro hoc salutari viatico noui testamenti , & pro omnibus quæ retribuisti mihi meipsum & omnia quæ de manu tua acceperim . Suscipe me in sacrificium & secuum perpetuum : totus tuus sum , et quoque semper si ois tu totus meus esse dignaris . Tu es erisque Deus cordis mei & pars mea Iesu in æternum . Ut haec omnia mea desideria , verba , opera tenui vita digna fuissent , & deinceps digna forent in odorem suavitatis conspiciuntur tuo offerri .**

¶. 62. *Qui pro multis effundetur.* v. 24.

In Veteri Testamento sanguis vitulorum typicus etiam effundebatur; nam scriptura narrante Moyses dimidia parte sanguinis victimatum perfudit altare , quasi ipsum Deum: reliqua parte aspersit populum dicente *Hic est sanguis foderis sui testamenti quod pepigit Dominus vobiscum .* Exod 14. ad hoc alludit Christus dicens : de sanguine suo : *Qui pro multis effundetur. bene figuræ rem subiiciens.* 2º. quia est legatum nouum & admirabile quod praebet nobis ius ad æternum hereditatem . Confirmatum est hoc testatum , & legatum , morte Christi interueniente . Dicitur autem effundendum sanguis *pro multis*, primo *pro omnibus hominibus*, quia etiam omnes sunt multi , quo ad sufficientiam ut omnes eū possint sibi applicare ad salutem huius . velint: secundo non *pro omnibus* sed *pro multis quoad efficaciam* ; vide *Licet pro ijs qui sibi cum applicabunt*, quales sunt vocati ad Eccleiam & eam ingressi per baptismum &c. media.

**N**oui & ego Domine indignum me qui particeps sum inimiculatio corporis & sanguinis, preciosi & reus sum & iudicium manducando bibo non diiudicans Corpus & sanguinem tuum Christe Deus meus, sed tamen etiam scio quod pro me sanguis tuus sanctus effusus est. itaque mutationibus tuis victimus ad te venio, qui dixisti : *Qui manducat meam carnem & bibit meū sanguinem in me manet & ego in eo.* Miserere ergo Domine ne traducas me peccatorem , sed age mecum secundum misericordiam tuam & fac mihi hæc sancta mysteria in medelam, in purificationem, in illustrationem, in antidotum , in salutem & sanctificationem animæ & Corporis, in auctoritatem omnis imaginationis & actionis prævaricacionis diabolice, quæ secundum sensum in membris meis operatur : sint in fiduciam & dilectionem quæ tendit in te , in emendationem vitæ & securitatem, in augmentum virtutis & perfectionis , in consummationem mandatorum, in spiritus sancti Communionem , in viaticum æternæ vitæ , in defensionem acceptabilem apud tremendum tribunal tuum, Amen.

§. 63. AM

